

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

93
106

HONORI

Nuptiarum

DOCTI, HONORATI ET
PRUDENTISSIMI
Viri,

D. IACOBI
GREGORII, PRÆTO-
RIS INCLYTÆ REIP.
SERBESTANÆ GRA-
vissimi, SPONSI,

ET

Lectissime pudicissimæq; virginis,
ANNÆ CHRISTINÆ,
Clarissimi viri, Dn. M. BALTHASARIS
KISVETTERI, Professoris atque In-
spectoris Gymnasi Serbestani illustris me-
ritissimi , dilectæ filiæ,

S P O N S A E ,

Pia solennitate celebratarum Serbestæ
xxx. Maij, Anno novissimi seculi

M. DC. IIX.

Scriptæ ἈΦημία à Collegis & amicis
candidis atq; sinceris.

Impressum Serbestæ Anno 1608.





IMAGO

Viduitatis, cum voto nuptiali, ex διχοτομίᾳ Basilijs, Serm. in Martyrem Iulittam.,

p. 148.

Ἐπειδὴ γὰρ ὅμως ἐγένετο ὃ δύο-εις σύρηα μίαν, τολλὴ συγκράμμα
τὸ τινὶ διχοτομίᾳ. Εἰ τινὶ τῆς οὐραφεῖς διαίρεσιν μετὰ ἀλγημάτων
διχορθίων.

Nnuit ut magnus Basilejus, tristis imago
Hæc, satis & vidui est heu lacrymosa
tori :

Eximat ex hominis strictum si corpore ferrum,
Scindat & in partes cor, mediumq; secet:
Terræ hanc infodiens, siq; illam in sede priore
Dissecti lateris forte reponat homo,
Quæ fibris agnata suis nova semina vita
Concipiat thalamis, igniculosq; novos:
Hinc sanguis crescens, hinc cæca sequuta cicatrix,
Hinc tremulae massæ signa doloris hiant.
Contactuq; levi ruptum sine cuspidi ferri
Cor miserum misérè palpitat atq; tremit:
Itq; reditq; dolor multa vibice flagellans,
In quo fixum hæret cor sine luce, latus.
Nec mora, quinto tepido vitam cum sanguine mittat,
Quod marcore nimis languit antè gravi.

Affectum

Affectum ut fuerit tibi, Sponse, ex parte resectum.

Cor, non culpandus tu tibi testis eris.

E thalamo eripuit costam cum pestile virus,

Horret quod stupet & mens, anima atq; animus.

Christus CHRISTINAM tibi jam qui copulat, almâ

Cor sectum integrans virginitate tuum.,

Consolidet vulnus, duo vestrum immittat in unum

Corda, omnes pestes hinc procul ire jubens.

M. Caspar Vlricus,

H Y M E N Æ U S.

ET quorum elapsi tribularūt pectora Parcæ
Anni temporibus, vulnera, chara, gravi.
Emissæ Eumenidum jussu disrumpere vitæ
Stamina, vix & cui parcere jure suo.

Unde etiam virus vehemens & pestilis aura
Serpens emersit, queis citò vita perit;
Et quorum molles nondum pia pectora flammæ
Tentârunt, sed adhuc usq; Hymenæus ovat,
Usq; Hymenæus ovat maturus, ab ubere glebæ
Fœcundus, turgens fertilitate Soli.

Amplius (ah) nequeunt soli traducere vitam.,
Et demitâ lateris parte carere sui:

Exposcunt vitæ sociam, auxiliumq; laboris,
Par junctum melius dicit aratra boum.,

In jure nono sua dant viduata vicissimi
Pectora, virque viræ , & casta virago viro,
Matris Acidaliæ gremium quoque dulce subire
Hos monet, ipsa ætas, suaveq; tempus item.
Subdere colla jugo thalami sacra jussa Jehovah
Suadent, conjugij & lætus inire torum.
Cessatum satis est! cum nullus Apolline doctus
Extet qui possit, solvere morte suam.
Eurydicen Orpheus cytharæ ut dulcedine solvit,
Plutonem mulcens Eumenidesque graves.
Ergo Jacobe sacer cultor pietatis, amato
Et pars Aonidum consociata Choro.
Et Themidis magnæ vates jurisque sacerdos,
Civica componens bella, duella, probè;
Jure tuos linquis mœrores, cordoliumque,
Cinxia dum indicit publica festa tibi.
Egregiam Parcæ sociam rapuere priorem,
Egregiâ rursus virgine dignus ades.
Virginis amplexu meritò vir doctus habetur!
Vir prudens Nymphæ jure latusque tenet!
Egregias Parcæ gnatas rapuere priores,
Egregio rursus germine dives eris.
Germino vir doctus spaciose dignus habetur!
Vir pius & gnatos palmitis instar alit!
Hinc mea deposcis lætis gratantia tedis
Carmina, sed levibus tam pia facta canent.

Fonte



Fonte Medusæo nam nām vix mea labra rigavi,
Succensens Musis degener ipse meis.
Et tamen annitar magna poscente patrono,
Nomine amicitiæ sponsus & ipse cupit.
Ante tibi notum quid Amor, quid fœdera casti
Sponse tori, cura hinc de Cythereide nova est.
Hāc docti pharetræ cernensq; Cupidinis Altrix,
Dixit iò; in casses præda petita venit.
En puer hamatæ laxat mox frena sagittæ
Impiger, & telo pectora cruda facit.
Hæret confixus dolet undique & undiq; JACOB
Dum novus in Veneris cassibus hospes erat.
GREGORIUS tacito præcordia tactus ab igne
Uritur, & præsto est non medicina malo.
Cypripotens illi, subridens, talia fando,
Num regna effugies tu mea solus, ait.
Scis benè, scis verè quām conjux casta dolores
Lenit colloquio conjugis usque suo.
Perfer & obdura capiet dolor hic quoque finem,
Quem tibi nunc pueri tela dedere mei.
Non tu solus eris captus stabulat sed & heicce,
Quæ tibi conveniens est, fera nota mihi.
Ore rubens, nigricās oculis, cui GRATIA nomen,
Plus quām Sylvicolas Urbicolasque colens.
Præstanti formâ, vultûs, gressuque decent,
Nil quis abesse videt, quicquid adesse decet.

Quarta foret verè, si vellet Iuppiter almus
In numero Charitum quattuor esse Deas.
In Casses tecum cadet hæc modò, credito, tensas,
Nam socium aut sociam semper habere juvat.
Quin stabili jungam thalamo, propriāq; dicabo,
Tempus ut hinc tecum transfigat omne suum.
Ergò felicem te terq; quaterq; beatum.,
O IACO BE, latus dum nova præda capit!
Ecce, dies omnes Kiesvvetteriana, dolori,
ANNVLA CHRISTINA, est post medicina tuo.
Sit faustum ac felix! Nam convenientius ecquid
Hisce virens ætas vestra diebus agat..
Flora suis Zephyro jam nunc complexibus hæret
Et Progne Therei basia grata legit.
Et Philomela modos variat, dulcesq; hymenæos,
Therei non curans arma cruenta, canit.
Ergò lætus habe! nunc est deamabile tempus,
Quo aligerumq; genus, squamiferumq; calet,
Quin immò flamas modò concipit omne crea-
Dulcibus & natis seq; suamq; beat.. (tum,
Mater Terra, Æther pater, ecce furore liquefūt,
Parturit hinc quævis arbor, & herba lubens.
Ulmus se vitis nunc implicant, alta Corymbo
Gaudet nunc Ilex associare latus.
Istacis pinis quoq; partica grata præaltæ est
Viminibus, quâ se sustinuisse queunt.

Et



Et tu solus agis JACOBE, nec esse maritus
Amplius, ut par est, expetis? absit; eris.
Arridet cœli facies, cœli accinit ales
Ingeminans; mirè nunc lyra mira lyra.
Ex sylvis querulus resonat sermone pelasgo:
 περιπολη, περιπολη, περιπολη. Thereus, ô philomela, redi.
Ingere tu contra sic lætæ in imagine vocis:
CHRISTINA huc, huc, huc, ô mea GRATIA ve-
Talibus ipsa Venus dictis tua damna levabat, (ni.
Talibus & Paucis, nunc ego vota fero.
Sit faustum ac felix! è mensibus ac velut anni
Non ullus Majo se æquiparare potest:
Sic tibi non se aliis Sponsæ æquiparare valebat,
 Sic mulier Sponso virgóve nulla tibi.
Pergite felices quò vos jam tempus & ætas,
Quò labor, & Summi Numinis ordo trahit.
Omnigeno Majus ceu gestit flore, viretque,
Vester sic vobis flos sit & usq; viror.
Ut calet in geminis Sol, est Pater atque Bimatri
Majus, sic sexūs prolem utriusq; date.
Cujus pòst semen triplicatum & quadruplicatū
Extet per terram, ut pagina sacra refert.
Sic vestris faveat tedis Deus omne fausto;
 Sit cum prole domus, sit sine lite torus!
Hæc precor ut fiant vobis rata munera MAII,
Donec vos circum cana sedebit HYEMS.

A N A.



ANAGRAMMATISMI.
JACOBUS GREGORIUS:
Agor cibus ori; sugge.

ANNA-CHRISTINA CIESEVVESTERINA:
En nitar utier hac esca, annis, vieta.

ALLUSIO.

G & **A** Nguror & Sponsi Sponsaq; quid ominis insit
G & Nominibus referto; res quia s&pè subest.
Nam juvat abstrusos naturæ expandere mores
Cum Chorus heic Charitum gaudia latus agat.
Verè Gregorius cognomine dicor, Iacob SPO.
Nomine sed proprio; sic anagramma monet.
Hinc de me gratam Sponsæ quo fundere vocem:
Euge AGOR euge ORI nunc CIBUS ipse tuo!
Agri fœundi, plantarum SUGÆ mearum
Rorem quem, Superi contribuere mihi.
Posceq; devotè gratam semper tibi & agro
Temperiem cœli, ne gravis imbre fuat.
Neu grando segetem, culmōsve, aut fulminis ardor
Ignivomi florem, aut Scabra rubigo premat.
EN ô Sponse mihi multum dilecte, VIETA, (SPON.
UTIER HAC ESCA NITAR, amore tui.
Dum cœlum dicit Tempus volventibus ANNIS,
Hosq; meos artus Spiritus intus alit.

Tur-

Turturis instar ero, tua quæ mens, & mea, captet,
Vincula detq; Venus Gordia pectoribus.
Me solam, solo tecum, mea gaudia sunto,
Cumæ & Pylios vivere posse dies.
Teq; piâ, pulcrâ & multâ dare prole parentem;
Qui incipit & finit faxit id omne Deus.

M. Bartholomæi Schroteri P.P.

A L I V D.

Non casu fiunt socialis fœdera lecti,
Nec solis hominum motibus atque vijs.
Sed Deus est, verò qui nequit amore duorum
Pectora, & afflatu perficit ipse suo,
Ut sponsus sponsæ proprium, sponsoq; vicissim.
Sponsa dicet propriam sequre suumq; thorū:
Alter & alterius cum consuetudine, vitæ
Exigere haud renuat tempora cuncta suæ:
Legitimeq; velit prolem generare, feracis
Dulcia connubij pignora, dante Deo.
Hoc animo quisquis vinclo sua colla jugali
Subdit, suscipiens mutui amoris onus:
Castis præsentem cœlesti numine votis
Supremum semper sentit adesse patrem.
Qua ratione genus vitæ hoc iniere, decenter
Quos nunc in templum ducit amica cohors.

B Quod

Spōsa quidem Kisvutterum sortita parentē est,
Insignem meritis & pietate virum.
Qui ludum hīc rexīt multos feliciter annos,
Informans animos quā decet, arte rudes :
Gymnasiūq; illustre etiam nūc promovet, ornat,
Auget, & ingenuē re studioque juvat.
Instinctu cuius Christum quoq; noscere gnata.,
Et justo didicit prosequi honore precum
Ac operas castis decorāvit moribus, instar
Cecropiæ solers quas domii obivit, apis.
Sponsus item docto natus patre, (qui ordine cer-
Hac summū celebri munus in urbe gerit.) (to
Ejus ad exemplum Phœbi versatus in hortis
Ipse quoq; Aoniis labra rigavit aquis.
Et nunc ingenii magna cum laude, severo
Judicis integri fungitur officio.
Conjugiiq; subit leges ita ritè secundi,
Ut vera Christum relligione colat:
Sedulus auditor verbi, jungensq; laborum
In vigili castas sedulitate preces.
Quapropter ceptis quò celitus annuat istis
Clementer summi gratia summa patris,
Sponsumq; & Sponsam, sacro de monte Sionis,
Usq; salutari prosperitate beet:
Ipsorum sanctis cum mentibus, unicē & unā
Exoptant omnes pectore & ore pij.

• M.



¶ **N**ous ἡδὸς ὁν ἀγρὸς καλέσθητον τῷ θέλει ἀγρῷ,
σύχωτά τοι ἀγρὸς γενθιὰ κελευσεῖ ἔχει
τοι ἀγανός πισθρῷ ταῦτας χωρίστη γυναικός,
εἴπε γάμῳ τούτῳ εὐχθεῖς Εἰ σὺν ἀκοίπῃ.
Ἄγε μόσον καθαρῷ την Ιησοῦν εἰσορεάτω
τοῖς λυτρωτήι μιῶνον εότι την Βερτανήν.

I. V.

Juno ad Æolum, En. I.

Sunt mihi bis septē præstati corpore nymphæ;
Quarum quæ formâ pulcerrima, Deiopeiam
connubio jungam stabili, propriamq; dicabo;
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulcra faciat te prole parentem.

A L I V D.

Res magna est thalami cōsortem ducere fidā,
Et dote castâ præditam.

Hæc sanare potest curas sermone benigno:
Hæc optimas parat dapes.

Hinc baccas vincit rubefacti gurgitis omnes,
Opesque Crœsi maximas.

Talem cum natus sis, FRATER, munere IOVÆ,
Quis te beatum non vocet?

M. Isaac Gregorij sponsifrater.

ALI

ALIVD.

ANxiè fuit hactenus rogatum.
A multis, Vidua an suis puella.
Annis integra, moribus probata
Præferenda sit in toro jugali.
Pars præfert Viduam, probat puellā
Pars verò altera: nempe opinionis
Causas utraq[ue] habet suæ valentes.

Tu nunc judicium JACOBE judex.
Profer, quæso tuum, tuoque tolle
Exemplo dubitationis anſam.
En tollis: Viduam priore namque
Duxisti vice fortis & laborum.
Jam ducis sociam altera Puellam
Ævo quæ viget integro puellam,
Ore quæ nitet aureo puellam,
Bonis quæ valet ingenî puellam,
Quod si posteriora præferenda
Præcedentibus esse cogitata
Doctorum schola judicat virorum:
Quis jam de dubij solutione
Quærat amplius ambigatve, quod tam
Anxiè fuit hactenus rogatum.

Deproperabam Prid. Cal. Iun. Anni 1608.

Petrus Ihena scholæ patriæ Collega.

EPL

EPITHALAMIVM.

SIc variat Deus ipse vices, moderator olympi,
Qui mare, qui terrā, qui sidera cuncta gubernat:
Ut tibi prædulcem, Prætor pie, conjugis usum
Abstulit atra dies, ita magni Conditor orbis,
Tristia præteriti qui nubila dispulit anni
Atq; tuas fecit curas & abire dolores,
Jam castam casto tibi jungit amore pueram.
Prodi ergo nove Sponse tibi tibi dicitur uxor,
Sol spargit rutilans meliori sidere lucem.
Et tuba dat signum, percellit Musica templum,
Aspice ut incedat, frontemq; pudore serenans
Liberaeat vulgi doctus per murmura Sponsus,
Vota facit vulgus Sponso gratatus honorem,
Omnia letitiae sunt dedita & omnia Sponso:
Quale sed ipse tuo nunc addam carmen honori?
Angenus, amores, ante Sponseq; venustam
Formam, quæ excellit multas hac urbe puellas
Dicam? Sponse, parens tuus est, si vera fateri
Fas est, vir sapiens, doctus, nulliq; secundus
Ingenio, virtute, fide, pietate, labore,
Consilio longos urbi qui præfuit annos,
Illum non fastus, non vana superbia cepit,
Nec gravis esse studet cuiquam, sed comis in omnes,
Magnus & est nostra Musarum fautor in urbe.

Quid decus f s ac i referam quoq; fratri? Apollo
Cui juvenum turbâ dedit aspectante Magistri
Nomen habere, scholæ patriæ qui præfuit olim,
Erudiens teneram magno sudore juventam,,
Sed nunc egregiam sedem tenet inter honestos
Præclarosq; viros patriæ Camerarius urbis,
Ille diu salvæ pro sit feliciter urbi.

Quid te spōnse canam, juste & doctissime Prætor?
Musarum à teneris doctarum es castra secutus,
Et sacra continuo didicisti iura labore,
Quis status hoc toto constat civilis in orbe,
Functuses officii Cantoris munere felix,
Nunc verò in nostra Iudex componere lites
Urbe soles & res magnas tractare celebris.
Iam quid de Sponsâ pulchrâ laudabile dicam?
Quæfuit à teneris pietati assueta, benignum
Iccirco Ihowam semper reverenter adorat,
Aurea quid memorem præstantis munera forme?
Aspice quām fulget rutilo formosior auro,
Eximiam decorat generosa modestia mentem:
Albos quid referam digitos? quid blandula lingua
Dona canam? Sponsam quod honestat habere supre-
Illi Ihoa dedit rerum moderator & autor. (mus
Quid genus hinc Sponsæ referam, illiusq; parentem?
E vultu gravitas hujus non sævare lucet,
Atq; virum facies mitem certè arguit esse,

Is



Et teneris artes feliciter hausit in annis,
Unde magisterij clarum sortitus honorem,
Hinc in Servestam è patria se contulit urbem,
Instituit teneram vera pietate juventam,
Magnaq; præclaræ meruit præconia laudis,
Nostræ Gymnasij nunc est inspecto^r, honesti
Et pietatis amans vir cuncta negotia laude
Eximiâ tractat, stipendia dicta ministris
Dat, qui verba Dei sunt templa scholasq; docentes,
Atq; scholis quoniam favit, doctasq; Camænas
Dilexit coluitq; scholas mandavit adire
Aonias natis, Musis studiisq; dicati
Qui profunt nostræ terni feliciter urbi:
Primus enim didicit legum veneranda sacrarum
Iura, hinc multorum cum dexteritate gubernat,
Conficit & fausto comissa negotia fine,
Atq; salutatur nostra hac quoq; in urbe Professor,
Unde Licentiam habet supremum assumere Iuris
Utriusq; gradum Doctoris. Et ille secundus
Eminet in cœtu dignus præstante Senator
Et res atq; sibi commissa negotia tractat,
Officiumq; gerit magnâ pietate fideq;.
Tertius hic nostram summâ cum laude juventam
Instruit in verâ Ihovæ, cui summa potestas,
Cognitione, fide, pietate & moribus aptis.
Singula quid referam? Sponsæs dignissima Spōsor,

Tu



Tu quoq; Sponse piâ pulchrâq; es virgine dignus,
Hac fruere, hac multos felix lœtare per annos,
Ambo pares ortu, fortuna, moribus ambo
Estis, non odium vestros perturbet amores,
Sed velut unanimes certant in amore columbae
Sic etiam unanimes certate in amore, sacratus
Servet Amor semper tutâ vos pacis in umbrâ,
Vivite felices ambo, quos junxit amantes
Ipse Deus, quando duo pectora amantia jungit
Iunctam anent nemoq; potest disungere juncta.

Honoris ergo scribebam

Iohannes Coppenius Servestanus.

A L I V D.

Accipe conjugio, quā dat Deus ipse supremq;
Annam Christianam, Prætoramice, tibi:
Hancq; probam grato complectere corde puellā
Tuque puella pio grata fruare viro ;
Et casti semper divina capessite jussa
Conjugibus castis gaudet adesse Deus,
Qui spōsum & spōsam multo cumulabit honore,
Vestraq; florebit prole beata domus.
Jam parvum hoc tenui properatū carmen avena,
Mente bona Prætor accipe juste precor.

Martinus Mejerus Servest. Anh.

F I N I S.



Nr 1996.

8



nicht aufz., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!
28 a / 50 1996 /

VS 17

1996

